

411
L
11

Affertiones Juridica

DE IIS, QUIBUS
PERMISSUM SIT FACERE
TESTAMENTUM, VEL NON, EX

TIT. XXII. LIB. VI. COD. TIT. I,
lib. XXVII. Dig. & Tit. XL. lib. II. Inst.

Q V A S

D. O. M. A.

SUB PRAESIDIO

*Clarissimi ac consultissimi viri, Domini
HENRICI CANISII NOVIOMAGI,
I. C. in celeberrima INGOLSTADIENSI
ACADEMIA SS. Canonum Professoris ordina-
rij, nec non Ducalis Bavariae Consilia-
rij, in collegio eiusdem*

DEFENDET


M. IOANNES LUTZENBERGER
GIINTZBURGENSIS.

Die 17. Mensis Martij.



INGOLSTADII,


*Excudebat DAVID SARTORIUS,
Anno Salutis M. D. XCIV.*



HANC DISPUTATIONEM
DEDICAT RESPONDENS

OBSERVANTIAE,
OFFICII AC PROMPTITVDI-
NIS ERGO, NOBILIBVS, ORNATISSI-
MIS ATQVE DOCTISSIMIS DOMINIS COL-
legis; quorum nomina, quo ordine Colle-
gium sunt ingressi; hinc ponuntur.

- IOANNES SCHNEPFF *Sultzbachensis.*
THOMAS à BENTHEM *Coloniensis.*
VDALRICVS KOBOLT *de Verdad Danubium.*
HENRICVS ELSENHAMER *Monacensis.*
IOANNES de RAET *Geldrus.*
HENRICVS KNOLL *Salisburgensis.*
CLAVDIVS PIVS PEVTINGER *Augustanus.*
M. BERNARDVS MOSMILLER *Bruggensis.*
M. REMIGIVS DIETHMARIVS *Düessensis.*
M. IOANNES LESCHER *Salisburgensis.*
VVOLFGANGVS VVILHELMVS KEIS *Monacensis.*
M. GEORGIVS à MESHEDÉ *Briloniensis.*
IOANNES VERINGH *Mündensis.*
IOANNES IACOBVS FVRNENBVCH *Vberlingensis.*
VVILHELMVS PREVVER *Furdensis.*
M. MICHAEL FABER *Kirchaimensis.*
IOANNES IACOBVS VVELSER *Augustanus.*



T H E S I S
DE IIS, QUI TESTA-
MENTA FACERE POS-
SVNT, VEL NON.

THE S I S P R I M A.



VM testamenti factio edicti prohibitorij
fit, ^a consequens est, vt omnes, quibus actus
testamentarius à lege, vel alio iure interdi-
ctus non est, testari possint. ^b Quæ verò per-
sonæ, vel iure ciuili, vel sacris canonibus testamenta fa-
cere prohibeantur, ordine hinc differemus.

^a S. 1. Inst. quib. non est perm. fac. test. Nam hac ratione matri-
monij contractus edicti prohibitorij est. c. cum apud. 23. ext. de
sponsalib. & constitutio procuratoris. l. mutus. 43. S. 1. ff. de procu-
ratorib. ^b gloss. in l. si queramus. ff. tit. nostro.

II.

PRIMO ITAQVE ORDINE, OCCURRIT FILIVSEAM.
cuiuscunque sit ætatis. ^c Et licet is parentis sui consen-
su mortis causa donare possit, ^d testari tamen, & codi-
cillos facere, legata, fideiq; cōmissa relinquere nequit.
Quia hæc non privati, sed publici iuris sunt. ^e

^c l. senium. C. h. t. & l. qui in potestate. ff. eod. d. l. filiusfam. ff. de
donationib. l. tam is, S. filiusfam. ff. de mort. caus. donat. e. l. nemo.
C. h. t. & d. l. qui in potestate. ff. eod. Et S. 1. Inst. quib. non est perm.
fac. test. l. 2. ff. de leg. 1. l. Diuus. S. pen. de iur. codic. l. ex testamento.
C. de fideicom. f. l. testamenti, & gloss. in l. qui in potestate. ff. h. n. t.

A 2

VERUM

III.

Verum hîc quæstionis est: an pater filio consensum, in donatione causa mortis, sibi conferenda, præbere possit? Quod negant Bartolus, Sozinus,⁸ & alij^h adducti autoritate regulæ: Quod nemo in rem suam auctor esse possit.¹ Contra affirmant Alexander, Angelus, Ripa,^k & Castrensis,^l quibus & nos astipulamur.

g ad l. 1. §. fuit quesitum. ff. ad S. C. Trebell. h relati à Did. Conar. in rubr. de testam. 3. parte. n. 7. i l. 1. ff. de auctor. & constur. & cur. k ad d. l. 1. §. fuit quesitum, ad Trebell. l. in l. senium. C. qui test. fac. poss. & d. l. 1. de auctor. & const. tut. ibi glos. & l. tam is, §. 1. ff. de donat. caus. mort.

IV.

De castrensi & quasi castrensi peculio, filiusfam, quin testari possit, non est dubium, cum in huiusmodi bonis patrisfam, iure fungatur.^m Sed de feudo, pro egregia in bello nauata opera, acquisito, an possit? Legitima iuris feudalis auctoritas non concedit.ⁿ De fructibus tamen ex feudo; Item de equis, armis, & similibus rebus mobilibus, siue se mouentibus, fortuna bellica acquisitis, quod non possit, nulla obest ratio.

m l. ult. C. h. t. & in princ. Inst. quib. non est perm. fac. test. l. si quis filio, §. ult. ff. de in inst. rupt. test. l. 2. ff. ad Macedon. n. c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & c. 1. de prohib. feud. al. per Frider.

V.

Hîc alia se offert disceptatio Dd. ytrū filiusfam. de iis bonis aduentitiis, in quibus ususfructus patri non acquiritur, testamentum facere possit? Nos de his testari illum posse verius negamus,^o licet eadem donare permillum sit filio, absque assensu patris.^p

o l. nemo ex lege. C. h. t. Did. Conar. de testam. in Rubr. par. 3. n. 9. ibi

ibi multos alios citans, et glos. in l. 1. §. in filij, ff. ad Trebell. ibi quoque Dd. p. per tex. ut liceat matri & auie, in princip.

VI.

Sed & addubitur: an filiofamilias de peculio aduentitio, vel profectitio, saltem quoad pias causas testari licitum sit? Et magis est, ex patris consensu licere:^q ita vt hac specie voluntas testandi ex alieno quodam modo arbitrio pendere videatur.

q c. licet. de sepult. lib. 6. l. tam is, 25. §. 1. ff. de mort. cau. donat. Et Conar. de testam. part. 3. num. 23. & communis Dd. opinio in L. senium. C. h. t.

VII.

Quæstionis denique esse potest: an filiofamilias testamentum de castrensi, vel quasi castrensi peculio conditum, subiaceat quærelæ inofficiosi? Quod negant nonnulli. Nobis tamen contra probatur: adeo vt si filius præteritus, aut legitime exhæredatus non sit, testamentum, quoad institutionem, nullum sit,^r licet olim aliter obtinuerit.^s

r probat tex. in Auth. Presbyteros, C. de Episc. & Cleric. in §. aliud quoque capitulum, iuncto §. sancimus itaque (ubi liberis interdicitur ne in his bonis, &c.) Nouel. Ut cum de appell. cog. s per tex. in l. ult. C. de inoff. testam. & l. ult. C. h. t. l. sacrosanctæ, l. cum lege, C. de Episc. & Cleric.

VIII.

Cum itaque ordinarij iuris sit **FILIUMFAM. NE CONSENSU QUIDEM PARENTIS TESTARI POSSE**: Sed quid si testetur consensu illius, adiecta clausula codicillari, vt, **SI NON VALET IVRE TESTAMENTI, VALEAT IVRE CODICILLORVM, AVT CVIVSLIBET ALTERIVS VLTIMÆ VOLUNTATIS**, an virtute huius clausulæ iure donationis causa mortis sustineri possit? Quod non

admittunt Speculator, ^c & multi alij, quos refert & sequitur Bartol. Sozinus, ^u Contra verò existimant Paul. Castren. ^x Alex. ^y Iul. Clarus, ^z & alij, quorum opinionem nos adhæremus:

t de instr. edition. §. compendioso, vers. quid si filius. u in consil. 112. num. 7. lib. 2. x in l. qui in potestate, num. 8. ff. de testam. y in l. senium. nu. 8. C. t. n. z lib. 4. sentent. §. donatio, quest. 6. vers. Sed quero tu scis.

IX.

SECUNDO, de statu suo dubitantes, vel errantes, testari nequeunt, ^a veluti, qui se manumissos, vel emancipatos nesciunt: ^b Quibus similes sunt à latronibus capti, & legati apud hostes. Item relegati in insulam, & ij, qui in vinculis detinentur, si non licere sibi testamentum facere addubitent, ^c cum tamen aliàs hi testari non prohibeantur. ^d

a l. de statu 15. ff. h. n. r. & l. 1. ff. de leg. 1. b l. qui in testamento domini 14. ff. h. t. c per tex. in d. l. qui in testamento, in fin. & l. qui à latronibus. 13. & l. eius qui. §. sed relegati, ff. eod.

X.

TERCIO, ultimo supplicio damnati, cum statim ciuitatem, libertatemque, nisi per appellationem executio fuerit dilata, perdant, ^e testamenti factionem non habent. ^f Sententia enim damnationis lata, mortem præoccupat, etiam aliquando in longum tempus: puta si condemnati conseruentur ad hoc, vt ex his in alios quæstio habeatur. Idem iudicium constituendum est de iis, qui ob delicta, ad perpetuos carceres, siue triremes iuste condemnati sunt.

e l. si quis filio 6. §. irritum, & §. eius qui, ff. de iniust. rup. irr. testam. & l. qui à latronibus. §. si quis, ff. h. t. iuncta l. qui ultimo 29. ff. de pœnis. f l. eius qui 8. §. si cui, vsq. ad fin. ff. eod. l. post contractum, ff. de donationibus. & l. si quis post. ff. h. n. r.

Vtrum

XI.

Vtrum verò eorum testamenta, qui ipsi sibi violentas manus intulerunt, ipso iure irrita seu rupta sint? merito dubitatur: cum hominem Christianum, vllam ob causam, in se ipsum fauere parum deceat. Nos tamen eorum testamenta, qui tædio vitæ, vel aduersæ valetudinis impatientia, vel alia iusti doloris causa, sibi vim fecerunt, subsistere verius iudicamus. Secus si metu criminis, vel futuræ sententiæ, id fecerunt: ^g nisi hæredes innocetiam defuncti probare velint, quo casu, sunt audiendi. ^h

g l. 1. & 2. C. de bon. eor. qui mort. sibi consc. l. 3. ff. eod. l. eius militis. ff. de testam. mil. l. si quis filio ex heredato 6. §. eius qui, ff. de iniust. rup. test. l. in fraudem 45. §. eius bona, ff. de iure fisci, l. omnes delictum 6. §. qui se vulneravit, ff. de remilit. l. 2. C. h. n. r. l. penult. C. si reus vel accus. mort. fuer. et communiter Dd. h. t. l. 3. §. ult. ff. de bon. eor. qui ant. sent.

XII.

Occurrit & hîc alia dubitatio: an proscripti, siue Banniti testari possint? In qua dirimenda Accursij ⁱ distinctio nobis adhibenda est: nimirum, aut sunt proscripti ob crimen, quo non solum ciuitatem perdunt, verum etiam fortunis omnibus exuuntur; quo casu, hos intestabiles fieri, certum est: ^k aut ob leuius aliquod delictum, ad tempus, vel in perpetuum illis ciuitas interdicta, vel Insula assignata fuit; & hos iura ciuilia, & subsequenter testamenti factionem retinere, apertissimi iuris est. ^l In quibus tamen maximè legum municipalium dispositio est attendenda.

i in §. relegati autem, Inst. quibus mod. in pat. potest. sol. l. eius qui. §. si cui. ff. h. t. n. ubi quoque Bart. k l. deportatorum. 8. C. de pœnis, & §. cum autem. Inst. h. t. n. l. 1. ff. de bon. dam. & l. eius qui. §. si cui. ff. n. r. l. d. l. eius qui, §. sed relegati. ff. eod. & d. l. deporta-

torum

torum. C. de pœnis, & d. S. relegati autem. Inst. eod. d. t. l. relegatorum 7. S. sine. ff. de interd. & releg. & Bart. ad d. l. eius qui. S. si cui. ff. h. n. t.

XIII.

Quæsitum quoque fuit: an infames, cum cæteri actus legitimi, in quibus publica dignitas, vel utilitas versatur, illis sint interdicti, nihilominus testari queant? Nos posse existimamus.¹¹

^m l. 2. C. de dignit. lib. 12. & c. licet ex quadam. ext. de testib. & c. infamibus de reg. iur. lib. 6. Bart. ad l. is cui. S. si quis. ff. qui testam. fac. pos. Azo. C. eod. n. l. 1. C. de secund. nupt. & l. eius qui. S. sed relegati. ff. h. t.

XIV.

QVARTO, à testamenti factione submouetur qui ob carmen famosum est damnatus.^o Item Heretici, eorumque receptatores, defensores & fautores.^p Item vrsurarij manifesti, nisi hi formam à iure præscriptam obseruent.^q

^o d. l. is cui. S. si quis, ubi quoque Bart. & l. cum lege. ff. eod. t. n. & l. ob carmen. 21. ff. de testib. p. l. Manichæos. & Auth. credentes. C. de Heret. c. excommunicamus, S. credentes. ext. de Heret. Auth. Gazaros. C. de Heret. q. in c. quamquam, de vsur. lib. 6.

XV.

De excommunicatis, licet controuersum sit, tamẽ certius est eos ad testamenti factionem admitti.^r quia expresso iure non prohibentur. iuxta thes. 1.

^r docet Did. Conar de testam. in 2. parte Rubr. n. 18.

XVI.

Sed nec maiestatis siue perduellionis reus (quia criminis huius perpetratione, morte & omnium bonorum publicatione punitur, ita, vt ipse non solum nihil proprii retineat, verum etiam neque eius filij, ex sua vel aliena hæreditate, capere possint: qui & perpetuò infames,

mes, & ab omnibus honoribus ac officiis excluduntur) testamenti potestatem non habent.^s

^s l. quisquis C. ad l. Inl. Maiest. & sibi Azo. & Bart. l. 1. 2. 3. & 4. ff. eod.

XVII.

Nam & huius criminis non tantum reus fit, si in mortem summi Principis aliquid machinatus fuerit, sed & si in eius consiliarios, seu sibi assistentes conspirauerit: vel in Rempub: aliam coniurationem instituerit.^t

^t d. l. quisquis, & l. fin. ad l. Inl. Maiest.

XVIII.

Verum, cum admodum durum & inhumanum foret, cæcis omnem testandi facultatem adimere: aut periculosum ac captiosum, illis, vti cæteris omnium sensuum vsu præditis, eandem liberam permittere.

XIX.

Singularem Iustinus Imper. illis formam præscripsit, qua absque suspitione falsitatis, tuto testari possunt. Videlicet vt præter 7. testes rogatos, Tabellio adhibeatur, siue eius loco testis octauus: Item hæres certus ac indubitatus nominatim exprimatur, ita, vt nulla suboriri possit ambiguitas: eaque voluntas in scripturam redacta, subscriptione, & signaculis testium, muniatur, aliaque huiusmodi, quæ explicatius ab eodem Iustino recensentur.^u Quod vltimum elogium, nec nuncupatorium verè, nec scriptum; sed mixtum potius erit appellandum.^x

^u in l. hac consultissima 8. C. qui testam. fac. pos. & S. cæcus. Instit. eod. t. x Viglius ad d. S. cæcus. Inst. eod.

XX.

Sed si inter liberos, vel pias causas cæcus testetur, an etiam præscripto Iustini standum sit? Quod non existimamus, cum falsitatis suspicio in liberis cesset,^y

In piis autem causis, nisi ex æquitate iuris Canonici, admittimus.^z

y l. hac consultiſſima. S. ex imperfecto. C. de testam. l. scripto t. in fin. ff. unde liberi. Alex. per c. relatum, & c. cum esſes. ext. de testam. & late Speculator in tit. de instr. edit. S. 1. vers. id autem donare & potest. & c. Bald. in consil. 380. & seq. vol. 4. z c. relatum 11. ext. de testam. Nam obstat tex. Iuris civilis in l. generali 13. C. de SS. Eccles.

XXI.

QVINTO, à testamenti factione arcentur serui: ^a quia iuri alieno sunt subiecti, dominisque acquirunt omnia, ^b ita, vt nihil proprii habere possint, ^c & per consequens, nec testari: adeò, vt ne ipsis quidem manumissis, testamentum in statu seruili factum, conualescat, ^d nisi in codicillis legata, & fideicommissa ab iis relicta sint, & post manumissionem voluntatem non mutauerint.^e

^a l. si filiusfam. 19. ff. h. t. ^b S. 1. Inst. de his qui sunt sui vel al. iur. ^c l. paterfam. 182. ff. de verb. signif. S. 3. Inst. per quas pers. cuiq. acq. ^d d. l. filiusfam. 19. & l. 1. S. 1. ff. de leg. 3. ^e d. l. 1. de leg. 3.

XXII.

Idem in capto ab hostibus obseruandum est, ^f cum & hic seruus efficiatur, & iure ciuili nullus sit, ^g ante tamen factum testamentum, siue redeat ab hostibus, siue non, valet. ^h Obsides quoque, non qui ab vna alteri ciuitati, sed qui ab hostib. populo Romano, aut Principi, pro captiuis, aut pro pace componenda, vel facta conseruanda dati sunt, testari non possunt: nisi eis permittatur.ⁱ

^f l. eius qui. ff. qui testam. fac. poss. & S. ult. Inst. eod. ^g l. quod attinet 32. ff. de reg. iur. h. S. fin. Inst. h. t. n. & c. exposita. ext. de arbitr. vbi gloss. & l. lege. ff. n. t. ibi quoque Bart. ^h l. obsides 11. ff. eod. iuncl. d. l. diuus 31. ff. de iur. sig.

SEXTO

XXIII.

SEXTO, remouentur impuberes, quod ob ætatis imbecillitatem iudicio careant: ^k adeò vt neque statuto aut priuilegio testamenti factio illis permitti possit, nisi de doli capacitate, & intelligentia constaret.^l

^k l. qua ætate. ff. qui testam. fac. poss. & S. præterea. Inst. eod. t. l. cum Prætor. S. non autem. ff. de iudic. l. si frater. C. t. n. l. si aut nullum, C. delegit. hered. l. Bart. in l. si queramus. ff. eod. t. n.

XXIV.

An verò testamentum annis pupillaribus confectum, morte puberis iam facti, confirmetur, hinc quæri potest? Nos cum ab initio non confiterit, confirmari non putamus. ^m In legatis tamen, & fideicommissis codicillis impuberis relictis, idem iuris esse, quod de manumissis supra asseruimus.ⁿ

^m l. qua ab initio. ff. de reg. iur. n. d. l. 1. S. sed si filius. ff. de leg. 3.

XXV.

SEPTIMO, furiosi, quibus ob mentis defectum nulla est voluntas, ^o ab actu testandi excluduntur, ^p Si verò dilucida habent interualla, quo tempore furor intermissus est, vltimum elogium condere possunt: ^q ita tamè, vt vnico contextu actum testandi absoluant, ^r qui si furoris accessu interrumpatur, omnia de nouo repetenda sunt. ^s Quia nihil fecisse videtur, qui partem indiuidui fecit. ^t Idem & de mente capto, fatuo, ac demente, quo ad rem præsentem, dicendum.^u

^o l. furiosi. ff. de reg. iur. ^p l. furiosum. C. qui testam. fac. poss. & S. præterea. Inst. eod. t. l. 2. ff. de inoff. testam. ^q d. l. furiosum. C. h. t. & l. cum furiosus 39. ff. de iudic. & l. qui testamento. S. nec furiosus, de testam. & l. diuus. ff. de offi. præsi. ^r l. heredes. S. ult. ff. h. t. n. ^s d. l. furiosum, & l. si quis qui. ff. eod. vbi Bart. ^t d. l. furiosum, & l. qualem 19. S. dicere, & l. quid tamen 21. circ. princ. ff. de arbitr. ^u l. 2. ff. de postul. & d. l. 2. de inoff. testam. & l. diem

proferre 26. §. coram. ff. de arbitr. & §. furiosis, vers. sed & mente captis. Instit. de curat. Bald. in l. 2. C. de curat furiosi, l. 2. & l. in aduersa. ff. h. t. n.

XXVI.

Sed qua ratione probandus aut æstimandus furor? Ex dictis & factis, qui ex prudentum iudicio furorem magis, quàm mentem sapiunt.^a

^x Bart. ad l. his qui, §. diuus. ff. de tut. & curat. Ioan. de Platea hic. per l. semel. C. re milit. lib. 12. textus elegans adiuncta glossa in l. quidam 27. ff. de condit. instit.

XXVII.

Sed cui furoris superuenientis probatio incumbet? Ei, qui affirmat, y quemadmodum & intermissi interuallum ei, qui allegat.^z Sed in re dubia, pro testamento semper respondendum est.^a

y l. ne codicillos 5. C. de codicill. l. 1. & l. 2. ff. de probat. c. cum dilectus ext. de succes. ab intest. 2. d. l. 1. & l. 2. ff. de probat. quia accidentia, qua perpetua esse solent, non presumuntur mutata. a l. in testamentis, ff. de reg. iur. l. quoties. ff. de reb. dub.

XXVIII.

Octavo, prodigis, qui neque tempus, neque finem expensarum habent, & ut inquit Cicero,^b qui epulis & viscerationibus & gladiatorum muneribus ludorum, venationumque apparatus pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut nullam, aut leuem sint relicturi, ut bonorum administratio, ita quoque testamenti factio, sublata est.^c

b lib. 2. offic. c. l. is cui. ff. h. t. & l. 1. ff. de curat. fur. & §. item prodigus, Instit. quibus non est perm. fac. testam. & §. furiosi. Instit. de curat.

XXIX.

Qua bonorum administratio prodigo an ipso iure adimatur, an iudicis declaratione, non ineptè hic quaeritur? Nos præter cognitionem de prodigalitate, etiam Iudi-

Iudicis interdictionem requirimus; aliqui prodigus omnia rectè agit.^d

d l. 1. ff. de curat. fur. l. is cui lege. ff. de testam. l. is cui bonis 6. ff. de verb. oblig. eleganter Ant. Gomezius var. resol. tom. 2. cap. 14. n. 30. cum seq.

XXX.

Nono, testari prohibentur Monachus, Monialis, & cæteri Religiosi, qui tria ordinis sui vota emiserunt: tum, quia iuri superiorum sunt subiecti; tum, quia omnium rerum suarum dominium amiserunt: e adeò, ut ne quidem causa mortis donare possint immobilia, etiam si consensum Abbatis habeant f licet testamentum factum, per ingressum monasterij, non rumpatur.^g

e c. quia 19. q. 3. c. 2. ex. de testam. & Auth. ingressi. C. de SS. eccles. ubi late Bart. & l. si queramus. ff. qui test. fac. pos. ubi quoq. Bart. Auth. nunc autem. C. de Epif. & Cler. f Bart. ad d. Auth. ingressi. g Auth. si qua mulier C. de SS. eccles. & Barr. ibid & in Auth. de sanctis. Epif. §. si qua mulier, & Auth. de Monach. §. illud quoq. c. si qua 16. q. 3.

XXXI.

Vtrum verò hæres in tali testamento institutus, bona ingressi statim, an morte naturali secuta, capiat, quaestionis est? Nos mortem testatoris naturalem expectandam existimamus: quia si hæredis mors præoccupauerit, iure caducierunt monasterij.^h

h Bart. ad Auth. si qua mulier. C. de SS. eccles. & arg. l. Deo nobis, ubi quoq. Bart. C. de Epif. & Cler.

XXXII.

Nisi tale monasterium sit, quod nec priuatim, nec in communi bona possidere potest, i aut de legitima filiorum agatur, quibus speciebus mors naturalis non expectatur.^k

i tradit Panorm. ad c. in presentia. n. 58. ex. de probat. k c. cum simus, ex. de regula. Panorm. d. loco.

XXXIII.

Sed Eremitæ, quia proprium habere possunt, cæteræque personæ Ecclesiasticæ, de iis, quæ aliunde quam ex beneficiis sibi acquisierunt, testari non prohibentur. ¹ Nam quæ ex beneficiis suis, vel redditibus Ecclesiæ ipsis prouenerunt, cum eorum non sint domini, sed potius administratores, siue dispensatores, ^m non licet. Nisi huiusmodi redditus ecclesiasticos in pauperum usus conferre velint, ⁿ iuxta illud D. LVCÆ XI. Cap. QVOD SVPER EST DATE EEEMOSYNAM &c. vel ad extruendam aut reficiendam Ecclesiam, ^o vel denique in quamlibet aliam rem piam, ^p & hoc siue inter viuos, siue in vltima voluntate, si hoc dicter consuetudo: ^q

l. sacrosancta, & Auth. Presbyteros & Diaconos. C. de Episc. & Cler. c. qui nos. ex. de testam. & Did. Couarr. ad hoc c. & c. Episcopi. 12. q. 1. m. c. quod autem. 23. q. 7. c. 2. ex. de donat. & d. c. qui nos, & c. ad hac. ex. de testam. d. c. Episcopi; c. res ecclesie 12. q. 1. & Concil. Trident. sess. 25. cap. 1. de refor. n. c. fin. 12. q. 1. c. 1. & c. Episcopus 10. q. 2. o. c. 1. & c. 3. cum seq. ext. de eccles. adif. c. quatuor oim seq. 12. q. 2. p. Naua. in tractatu de redditibus eccles. quæst. 1. monit. 20. cum seq. q. d. Concil. Trid. & c. ad hac. de testam. & c. relationum 12. §. licet, ext. d. t. de testam.

XXXIV.

Hic insurgit quæstio: an Sum. Pontifex Clericis de bonis respectu Ecclesiæ acquisitis, liberam testandi facultatem permittere possit? Quam dispensationem etiam sine causa concedi posse, censet Couarr. ^x Contra nisi ex causa, existimat Panormit. ^s quia bona Dei sunt, ^t & pauperum, ex quibus sustentari debent.

r. ad c. cum in officiis. n. 7. de testam. s. ad c. cum esset. n. 29. ex. de testam. t. c. cum ex eo, de elect. lib. 6.

XXXV.

Et huius opinioni tanquam probabiliori, ac tutiori ad

ri adhæremus, ducti eleganti Papiniani ^u ratione. Quæ facta (inquit) lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & vt generaliter dixerim, contra bonos mores fiunt: nec facere nos posse credendum est.

u. l. filius 15. ff. de condit. instit.

XXXVI.

Cui etiam quæstioni affinis hæc est: an ex consuetudine clerici de rebus ex redditibus Ecclesiarum acquisitis testari, vel ab intestato ad hæredes legitimos eas transmittere, possint? Quod affirmat Did. Couarr. ^x citans etiam alios sententiæ suæ ad stipulatores. Negat autem Nauarrus, ^y aienstalem consuetudinem legi naturæ repugnare. ^z Et huic opinioni nos verius accedimus,

x. in d. c. cum in officiis. nu. 9. y. in comment. de spol. cler. §. 14.

z. c. 1. & c. fin. ext. de consuetud.

XXXVII.

DE CIMO, surdi & muti natura simul, testari vel aliam quamcunque supremam voluntatem condere prohibentur. ^a Fortuito verò aurium vocisque usu orbati, tunc demum testantur, si litteras calleant.

a. l. discretis. C. b. t. n. & §. item surdus, Instit. eod.

XXXVIII.

Surdistantum, qui articulatim loquuntur testandi ius conceditur, quemadmodum & mutis tantum, si litterarum sint periti: Secus in eo qui articulatè nomen hæredis exprimere non potest. ^b

b. d. l. discretis, & l. qui in potestate, §. surdus, & l. seq. ff. b. n. t. & §. item surdus, Instit. eod. & l. iubemus, C. de testam.

Hæc iuridica disputatio nihil aduersum fidem bonosque mores continens, typis excudi potest.

MICHAEL EISELIN Theologici Collegij
hoc tempore Decanus.